quem herodes non multo post recusantem ab uxore pro
pria diuelli cui ob iniurias quas ea mulier dosidi coniugi
eius intulerat infensior habebatur domo expulit
nec feroras autem amplexatur iniuriam in partes
suas concessit. quibus tetrarca praesidebat ea sa
ne mentis intentione ut ad herodem uiuentem numquam
reuerteretur. deniq(ue) ne tu quidem cum eum aegritu
dine graui affectum conperisset et frequenter
orantem ut ad se reueniret quod ei quaedam quasi
moriturus committenda arbitraretur uisitandum
existimauerit. qua percussus licet iniuria rex ubi
praeter spem incommodum depulit. tamen fraterno
affectu uenit ad eum ubi aegrum conperit et credulo
conpatiebatur et defunctum hierosolyma transtu
lit. et magno fletu celebriq(ue) pompa funus curauit. nec
tamen his indiciis sedulae caritatis conceptum ex
clusit opinionem quod eum frater ueneno appetisset
ita erat etiam in suos credulus unde nec difficilis fi
des rerum quod potuerit fratrem occidere qui filios in
teremisset. Hunc itaq(ue) unus de interfectorib(us)
alexandri et aristoboli improbitatis suae finem
inuenit a quo exordium sumens in antipatrum poe
na transiuit sceleris auctorem. Namq(ue) libertorum
querellis qui patronum suum ueneno interfectum
adsererent stimulatus herodes dum sollicitius quae
rit. cognito quia ab uxore de sucis arabiae accepisset
feroras poculum quod amatorium putaretur. idq(ue)
uenenum fuisse quod syllae studio traditum et ilico
in pestem conuersum in plurimorum quaestionem
tetendit unde quaedam inter tormenta de ancil
lulis exclamauit ut d(eu)s omnipotens in matrem anti
patris omnia supplicia transferret uniuersorum
arbitram flagitiorum per ipsam occultos conuen
tus antipatri ac ferore die noctuq(ue) exercitos pota
tionum usq(ue) ad temulentiam ut a conuiuio regis se re
cipientib(us) se se totis noctib(us) biberetur quod non otiosum